

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9459

Auteur(s) : Hugues d'Amiens, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1130-1164]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Charte générale adressée à tous les évêques, abbés, archidiacons, doyens, prieurs, clercs et laïcs de Normandie, leur demandant de prendre sous leur protection toutes les possessions de l'abbaye de Savigny. Toute personne attaquant les moines ou leurs possessions serait frappée par une sentence d'anathème.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

C. Caen, Musée des Beaux-Arts, coll. Mancel, 298, fol. 1150-1151, n° XXVII. Copie du XIXe siècle

D. Paris, BnF, n. a. lat. 1022, fol. 491-492, n° 557. Copie du XIXe siècle

Éditions principales

b. Waldman Thomas G., *Hugh 'of Amiens', Archbishop of Rouen (1130-1164)*, PhD Thesis, Oxford, Faculty of Modern History, 1970, 648 p. (dactyl.), Appendix : The Acta of Hugh 'of Amiens', n° 168.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, diversis episcopatus, n° XXVII)

Date : 1130-1164, probablement c. 1148. Cette charte a probablement été émise peu de temps après la protection papale en faveur de l'abbaye de Savigny en 1148.

Texte d'après C, D

Hugo, Dei gratia, Rothomagensis archiepiscopus karissimis filiis suis episcopis, abbatibus, archidiaconis, decanis, presbiteris, omnibusque Dei fidelibus clericis et laicis per Normanniam constitutis, salutem, gratiam, et benedictionem. Quicquid homo laborat in seculo nichil, procul dubio, fore cognoscitur preter bonum quod solius Dei amore et peccatorum suorum remissione quam Deo que (sic) fecisse probatur. Verumtamen, cum mundus cotidie transeat et concupiscentia eius ei attentius insistendum est operi per quod peccata delentur et graciaram habundantia efficacius acquiritur. Ad aliquorum siquidem vestrum noticiam credimus pervenisse quam et religiose fratres qui apud Savigneium commorantur, vivunt, Deoque sollicite nocte ac die preces et vota coram angelis eius offerre non desinunt. Diversarum igitur terrarum confinio positi et pessimorum hominum gravi vicinia undique pressi, morsibus eorum simplices exponuntur et detestabili rapacitate infestantur. Pro remissione itaque peccatorum vestrarum (sic), eos et causas eorum benigne suscipiatis, et in quibus indiguerint, pro potestate et facultate vobis a Deo commissa, eisdem consilium impendatis et auxilium, ut vobis Deus copiosius retribuere dignetur in celis. Vobis vero quibus cura animarum commissa est spetialius iniungimus, monemus, atque precipimus, quatinus

auditis clamoribus eorum, eisdem viriliter iusticiam faciatis tanquam de propriis rebus vestris. Illos denique qui aut eos aut res eorum gravare vel infestare, sive aliquam iniuriam vel molestiam eisdem inferre presumpserint, nisi digne satisfecerint, in sententiam anathematis in quam se posuerunt, auctoritate Domini Pape tenendos tam a nobis quam a vobis esse denuntiamus, nisi, sicut diximus, prius digne satisfecerint.